Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36523
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

magis aduersus manicheorum errorem unde nichil dicere decreueram disputans quum de his que asserebat proposueram. Ecce autem alia die uenit quidam nomine furinus negotiator intra monasterium sedente sancto augustino. Hic coram nobis genibus eius prouolutus lacrimas fundens rogans. ut pro suis delictis sacerdos cum sanctis deum deprecaretur confitens quod manicheorum sectam secutus fuisset. et in ea quum plurimis annis uixisset. multamque pecuniam ipsis manicheis uel eis quos dicunt electos erogasset. et nup in ecclesia. dei misericordia se fuisse eius tractatibus correctum atque catholicum factum. Quod et ipse uenerabilis augustinus. et nos qui tunc aderamus. ab eodem diligenter inquirentes atque memorato tractatu sibi satis factum fuisse ipso referente cognoscentes profundum silentium obstupuimus. sanctum nomen eius et glorificauimus. et benediximus qui cum uoluerit et unde uoluerit et quomodo uoluerit. etiam per nescientes salutem operatur animarum. Apud karthaginem quoque dum per quendam domus regie procuratorem ursum nomine fidei catholice hominem ad quosdam manicheorum. quos electos uel electas dicunt. blasphemis operibus presentes perueniret. atque ad ecclesiam ab eodem deducentur. ab eo ad tabulas audiri fuit. Inter quos etiam sancte recordationis augustinus fuit. qui pre ceteris illam execrabilem sectam nouerat. eorum perdens dampnabiles blasphemias ex locis librorum quos illi accipiunt. Manicheus quidam ad confessionem earumdem blasphemiarum eos perduxit. et que inter se illi more pessimo turpia facere consueuerunt. feminarum illarum uelut electarum perditione illis ecclesiasticis gestis declaratum est. Iterque pastorum diligentia dominico gregi augmentum accessit. et adustis furtes et rationes defensio operens procurata est. Cum quodam etiam felice manicheo. de numero eorum quos electos uocant. id est manichei quique ypocrisim uenerat eundem seminarium errorem. publice in ypoponensi ecclesia. notariis excipientibus disputauit. presente multo astante. Post sedam autem et tertiam collationem. manicheus ille fluctuata uanitate et errore ipsius recte ad nostram conuictus est fidem atque ecclesiam. sicut eadem selecta docere potest scriptura. Preterea cum quodam pascentio comite domus regie arriano qui per auctoritatem sue persone. fisci uehementissimum exactor. fidem catholicam arrecuter ac iugiter oppugnabat. et quum plurimos sacerdotes dei simplicioze fide uiuentes de sua cuntate et potestate exagitabat. et perturbabat. presentibus honoratis et nobilibus iuris apud karthaginem ab illo peccatis coram conuictus. Sed idem heretice tabulas atque stilum quas magister noster ante congressum et in congressu constantissime adeere nolebat. ne adeerent omnimodo recusabat. cum dum id pernegasset dicens quod legum